



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij  
Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv**

**Sánchez, Tomás**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41559**

Ad Lectorem.

Proavis; lector amice, instituti mei ratio-  
nem tibi aperiam. Dominus perpendo humanę  
vitę breuitatem, Theologiæ moralis lō-  
gitudinę, decidendorū casuū, quos vocat cō-  
sciētiæ, præcipitem occasionē, ferendi iudicij  
difficultatem: non possum non adduci, ut exi-  
stimem de animæ salute eos recte mereri, qui  
immensas de moribus disceptationes in epi-  
tomen contrahunt, contractas ordinis nitore  
illustrant, illustratas Doctorum autoritate  
roborant, è quorum sensibus prodierint. Hoc  
obcausam, cùm disputationes de Sacramen-  
to Matrimonij à Patre Thoma Santio Cor-  
dubensi è Soc. Iessu editas legerim; ac relege-  
rim, peneque admiratus doctrinæ præcellen-  
tiam, necessitatem, difficultatem, resolutio-  
num acutiem, multas nouas quæstiones non  
sine laude superadditas, statim cogitaui de o-  
pere vniuerso in periochas reducendo, quo  
vtriusque iuris ac fori professoribus prom-  
ptius pateret: alphabetico ordine distribui,  
memoriæ iuuandæ causa, loca Authoris ap-  
peli, auhoritatis conciliandæ ergo. Hec si-  
ue tibi probentur, siue secus, nobis sat erit, ut  
cum Mattiali dicere possim.

*Hac si displicui, fuerint solatia nobis:*

*Hac fuerint nobis præmia si placui.*

Iaterim vale, dum illuminante Deo alia  
aggrediar.

LL.